

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

25. de Amplificatione per Contentionem ironicam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

præangustus illius sious qui finu suo omnia complectitur: incomprehensibilis roris vellus: Bethleemita cisterna, quam velut vita refocillatricem David desiderauit, & ex qua immortalitatis poculum immortalibus emanauit: propitiatorium per quod Deus humanam naturam indutus, mortalibus innocuit, impollutum illius indumentum, qui lucis vestimento circumfunditur; Deo nullius rei indigo carnem mutuata, quam ipse non habebat.

Atque, ut hæc definitio ad laudandum, sic etiam ad vituperandum valet, & crebro in eodem genere rufurparur: Sic Basilius definit uanam gloriam: γλυκὺν σχολευτὴν τὸ πνευματικόν πάτητα, τὸ δὲ τῶν ἡμετέρων λύκον πολέμιν, τὸ σύγτα τὸν ἀρετῶν, τὸ μετ' ἡδονῆς τὰ ἄνετα καὶ λαλῆσθαι οὐρον, τὸ μήτητι χρώσαντα τὸν οἰκέτην απάτην δημιουρίου, τὸ ταῖς διατολαῖς τὸν αἰθρόπον τὸν σλεψίαν ὀρέγοντα κύλιξα.

Blandum prædonem opulentia spiritualis, suauem animorum hostem, vermem virtutum, honesta quæque opera cum voluptate depravantem, quæ lethale fraudis poculum melle illinit, & mortibus hominum fatalem porrigit calicem.

Quod autem sit securior huius definitionis usus, quatuor notanda sunt: Primum, ne nimis longus tractus continuetur: qui affectationem habet, & frigidis plerunque metaphoris est obnoxius: Secundum, ut quando ex translationibus hæc definitiones constant, non sint duræ, morose, putidæ, violenter acceritæ: Tertium, ut quæ copulantur, affinitatem quædam & cognitionem habeant, neue de scultricis dissimillima quæque rapim incurramus: Quattuor, ut lectissima, quoad fieri possit, ad has exortationes afferantur, eaque distributionibus & antithesis, ut ex superioribus exemplis patuit, varientur.

De Amplificatione per Definitionem mixtam.

CAPUT XXIV.

Magnam vim habent ad amplificationem huius loci mixtae definitiones, quales sunt quæ primum per negationem sunt, deinceps

de per assertione, tertio per contrariorum oppositionem: Ostendo exemplo: Cicero in Cie. in Piso. Pisonem, verum Consulem descripturus, quod a. 23, Fa- Pisonem hoc nomine indignissimum conuinsum & ora- cat, primum ostendit, quid non sit Consul: de- torum des- inde quid sit ad summum pugnantium confli- xiendi gos- tum facit admodum ornate, sic: (Quid tu in nus ex Ci- citoribus, in toga, & prætexta esse consula cerene, rum putas? que ornamenta etiam in Sexto Clodio te Consule esse voluisti. Huius tu Clodiani canis insignibus consulatum decla- rari putas?) En quid non sit Consulatus: non est roga, prætexta, fasces, &c. Iam accipe, quid sit: (Animo consule esse oportet, consilio, fi- de, grauitate, vigilancia, cura, toto denique munere Consulatus.) Hæc descrip- tio Consul- lis ab adjunctis.

Tum ingerit pugnam contrariorum. (Ego Consulem esse putem, qui Senatum esse in re- publ. non putavit: & sine eo consilio Consu- lem numerem, sicut quo Romæ ne Reges qui- dem esse poterunt, & cætera, quæ ille in re- bus gestis Pisonis Consulis dignitati omnino contraria enumerat. Tandem concludit acri- ter, & neruose: [Qui latrones igitur si quide- vos Consules: qui piædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur?] Hæc est artificiosissima definitio, & præclarum imi- tationis exemplar.

De Amplificatione per Contentionem ironicam.

CAPUT XXV.

Alius est amplificandi modus per Conten- tionem ironicam; cum ies ironice secundū aduersariorum mentem definitur ab Oratore: deinde remoto ioco, grauiter & oratoe descri- bitur. Tale est illud Ciceronis pro domo sua ad Pontifices. An tu P. R. esse putas illum qui constat ex ijs qui incende ceducuntur, qui impelluntur ut vim afferant magistratibus, ut oblideant Senatum, opent quotidie eadem, incendia, rapinas: & ipsa nra exclaimat, O spe- ciem dignitatemque P. Romanæ quam Reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant, multitudinem hominum ex ser- viis conductis, facinorosis, ex gentibus con- gregatam?

Mox serio definit: (Ille, ille populus est dominus Regum, victor atque Imperator om-

X 2 nium

nium gentium, quem illo clarissimo die, scele-
rare, vidisti, cum cum omnes P. incipes ciuita-
tis, omnes ordinum, atque etatum ciuium, se-
non de ciuis, sed de ciuitatis salute ferre cen-
sebant.) Huiusmodi definitiones planè gra-
ues, & oratoria sunt.

De confirmatione definitionis.

CAPUT XXVI.

*Arist. top.**L. y. c. 5.
wāv̄ w̄v̄ ḡ-
s̄v̄ ḡḡv̄ ḡ-
v̄s̄h̄l̄v̄s̄l̄s̄.**Diogen.
Laert. 10.
Diogen.**Tertull. in
Apol. c. 1.**Cic. l. 1. de
natura
Deorum.*

VT definitionem suis partibus absolutam facere fatus operosum est; sic inualidam refellere facilissimum. Vbi enim aliquid improprium, commune, metaphoricum est assignatum, illud statim aduersariis magnam suggestit ansam cauillatoris. Definierat scilicet Plato hominem animal implume, bipes: Diogenes Cyricus homo dicax, & Academicorum irrisor, gallum deplumem, & nudum in medium Platonis scholam proiecens. *En homo* (inquit) *Platonicus* s. sic misericorditer quoque ludunt oratores, vbi inanes, & mancas aduersariorum definitiones refellunt, & definitis non conuenire, immo contraria prorsus accommodari posse ostendunt. Sic Tertull. in *Apologetico*, *Quid ho- malis est, quod naturam malis non habet? timore, pudorem, tergiuersionem, paenitentiam, deplora- tionem. Quid hoc malis est, cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est, & pana felicitas? non po- tes dementiam dicere, qui reuinceret ignorare.* Sic Vellicius apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum contra Stoicos, qui mundum ani- mantem, immortalem, beatum, & rotundum dictabant, agit cauillatori. *Nunc autem ha- bilius* (inquit) *admitabor eorum tarditatem, qui animantem immortalem, & eundem beatum, & rotundam esse velint, quod ea forma ullam neget esse pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel coni, vel pyra- midis videtur esse formosior. Quia vero vita attribuitur isti rotundo Deo, nempe ea celeri- tate contorqueatur, cui par nulla cogitari qui- dem possit. In qua non video, vbi nam mens constans, & vita beata possit insistere, quod que in nostro corpore, si minima ex parte signifetur, molestum sit: eur hoc idem non ha- beatur molestum in Deo?* Terra enim profes- sed quoniam pars mundi est, pars est etiam Dei. Atque terrae maximas regiones inhabita- biles, atque incoltas videmus, quod pars eorum appulsa solis exaserbit, pars obriguerit nunc, pruinaque, longinquoque solis accessu.

qua, si mandus est Deus, quoniam partes mundi sunt, Dei membra, partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. Vides quam latus patet in istis confutationibus campus, vbi praesertim aliquid absurdum est ab aduersariis prolatum: Continuo orator sua dexteritate trallam faciet de Minerua. Et hæc in confu- tatione tortus corporis.

Alias unum membrum reprehenditur, si quid dictum laxius, & quid strictius conclu- sum, ut ex definitionis virtutis est colligere, si plenè reprehendi non potest; vellicatur, di- storqueretur, durius accipitur.

Sic maligne Cæcilius, quæ de Dei scientia, *Cæcilium* & prouidentia dicuntur à Christianis, inter- pud min- pietatur Deum (inquit) illum suum, quem nec suum ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & oc- cultas cogitationes diligenter inquirere, dis- currentem scilicet, atque vbiique præsentem: Molestem illum volunt, inquietum (vides- u. i. D. xxi, nihil cum huiusmodi dictum in Dei definitione) impudenter etiam curiosum: Si quidem astat factis omnibus, locis omnibus intererat: cum nec singulis inservire possit per vniuersa distractus, nec vniuersis sufficere in singulis occupatus.

Ad cauendas istas illusiones in contentio- orationibus, ut quæ pugnæ sint, & bellorum, argendum sicce, concludendum strictè, colli- gendum acutè: abstinentum sin ilibus, & me- taphoris, ad summum oportet,

Ταῦτα σῦντα, την σκάψιν σχόπλευ λέ- γειν.

Departum enumeratione, Loci dignitas.
& definitio.

CAPUT XXVII.

EA demum est diuinæ naturæ perfectio, ut nullius rei indigat, nulla quoque partium congerie ad suæ integratæ absolutam ratio- nem concrescere possit. At cetera rerum crea- tarum genera, ut ab hac simplicitate longè dis- fata sunt, atque remota, sic etiam diuersarum partium nexibus coalescant, quarum spectata in singulis cognitione, nos ad totius notitiam faciliter quodam itinere conductit. Quamobrem inter locos, partium enumeratio plurimum obtinet splendoris, ut quæ non modò ad rem dignos-